AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 20r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



libro uno complexi sumus refutauimus eorum uanitatem qui
discipulos xpi euangelium conscribentes ideo contempnendos
putant · quia ipsius xpi quem licet non ut dm · tamen ut ho
minem sapientia longe preceteris excellentem honorandum esse
non dubitant · nulla scriptura profertur a nobis · et eum talia scripsisse
uideri uolunt · qualia peruersi diligunt · non qualibus lectis et cre
ditis · a peruersitate corrigi possunt · nec iam uideamus ea que · uiii
euangeliste de xpo scripserunt · quemadmodum sibi atque inter se
congruant · ne quid ex hoc in fide xpiana offendiculi paciantur ·
qui curiosiores quam capaciores sunt · quod non utcumque perlectis
sed quasi diligentius perscrutatis euangelicis libris · inconuenien
tia quedam et repugnantia se deprehendisse existimantes · magis
ea contentiose obiectanda quam prudenter consideranda esse
arbitrantur · Matheus euangelista sic orsus est ·
Liber generationis ihu xpi filii dauid · filii abraham · Quo
exordio suo satis ostendit generationem xpi secundum carnem se
suscepisse narrandam · Secundum hanc enim xpc filius hominis est ·
quod etiam se ipse sepissime appellat · commendans nobis quid
misericorditer dignatus sit esse pro nobis · Nam illa superna et eterna
generatio secundum quam filius dei unigenitus est ante omnem creaturam ·
quia omnia per ipsum facta sunt · ita ineffabilis est · ut de illa dictum
appha intelligatur · generationem eius quis enarrabit ·
Et sequitur humanam generationem xpi matheus ab abraham
generatores commemorans · quos perducit ad ioseph uirum
marie de qua natus est ihc · Neque enim fas erat ut eum ob hoc
a coniugio marie separandum putaret · quod non ex eius con
cubitu · sed uirgo pepererit xpm · Hoc enim exemplo magnifice
insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata pari consensu
continentia posse permanere · uocarique coniugium · non permixto